

## Oratio.

**D**Eus, qui de beate Mariæ virginis utero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis; ut qui verè eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eamdem Dòminum nostrum.

Ad Tertiam, *Añs.* Ave Mariæ. Capitulum. Ecce virgo concipiet, ut supra. 711.

*R. b.* breve. Spécie tuâ. \* Et pulchritudine tuâ. Spécie tuâ. *V.* Intènde, prospère procède, & regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie tuâ. *V.* Adjuvabit eam Deus vultu suo. *R.* Deus in médio ejus, non commovebitur.

## Ad Sextam, Antiphona.

Ne timeas Mariæ.

Capitulum. *Lucæ 1. d.* Abit illi Dòminus Deus sedem David patris ejus; & regnabit in domo Jacob in ætèrnum, & regni ejus non erit finis.

*R. b.* Adjuvabit eam. \* Deus vultu suo. Adjuvabit. *V.* Deus in médio ejus, non commovebitur. Deus vultu. Glória Patri. Adjuvabit. *V.* Eligit eam Deus, & prælegit eam. *R.* In tabernáculo suo habitare facit eam.

## Ad Nonam, Antiphona.

Ecce ancilla Dòmini.

Capitulum.

*Isaie 11.* Grediètur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spíritus Dòmini.

*R. b.* Eligit eam Deus, \* Et prælegit eam. Eligit eam. *V.* In tabernáculo suo habitare facit eam. Et prælegit. Glória Patri. Eligit. *V.* Diffusa est grátia in labiis tuis. *R.* Propitèrea benedixit te Deus in ætèrnum. In secundis Vesperis dicuntur omnia ut supra in primis. 708.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Gabriel Angelus locútus est Mariæ, dicens: Ave grátia plena: Dòminus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

## FERIA SEXTA.

Post Dominicam Passionis. Officium Septem Dolorum B. M. V. Duplex.

Si hæc Feria sexta impedita fuerit Festo altioris ritus, tunc prædictum Festum Septem Dolorum transferendum erit ad Sabbatum immediate sequens, non obstante quod diea occurrat aliquod Officium alterius Sancti, dummodo non sit altioris ritus: tunc enim de Septem Doloribus eo anno nihil erit faciendum.

Notandum, quòd si ob aliquam causam, Vesperæ primæ hujus Festi omittendæ sint, tunc sequens Hymnus Stabat Mater, ponatur ad Matutinum, & post Versum Ut sibi compláceam, subjungatur Hymnus Sancta Mater istud agas, usque in finem. Alias ut sequitur.

Ad Vesperas Antiphona. Vadam, cum reliquis de Laudibus. 721. Psalm. Credidi, cum reliquis, ut in Vesperis Feriali v. in Cœna Domini. 430.

## Capitulum.

*Isaie 53.* Quis credidit auditui nostro? & brachium Dòmini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiènti.

## Hymnus.

**S**tabat Mater dolorosa  
Juxta Crucem lacrymòsa,  
Dum pendebat Filius.  
Cujus animam gemèntem,  
Contristatam, & dolèntem,  
Pertransivit gladius.  
O quam tristis & afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater Unigéniti!

Que

Que mœrèbat, & dolèbat,  
Et tremèbat cum vidèbat  
Nati pœnas inclyti.

Quis est homo, qui non fereat,  
Christi matrem si vidèret  
In tanto supplicio?

Quis posset non contristari,  
Piam matrem contemplari,  
Dolèntem cum Filio.

Pro peccatis suæ gentis  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagèlli sùbditum.

Vidit eum dulcem natum  
Morièntem desolatum,  
Dum emisit spíritum.

Eja Mater fons amoris,  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum  
In amando Christum Deum,  
Ut sibi compláceam. Amen.

*V.* Ora pro nobis Virgo dolorosissima. *R.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Tuam ipsius animam, ait ad Mariam Simeon, pertransibit gladius.

## Oratio.

**D**Eus, in cujus passioe secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ virginis & matris Mariæ doloris gladius pertransivit: concède propitius; ut qui transfixionem ejus & passionem venerando recolimus, gloriosis mèritis & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis & regnas. *Et fit Commemoratio Feriali, Añs.* Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. *V.* Eripe me Dòmine ab homine malo. *R.* A viro iniquo eripe me.

## Oratio.

**E**sto, quæsumus Dòmine, propitius plebi tuæ: ut quæ tibi non placent, respuentes; tuorum pò-

tidus replèantur delectationibus mandatorum, Per Dòminum.

Ad Completorium, & per Horas, in fine Hymnorum dicitur

Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine.

## Ad Matutinum, Invitatorium.

Dolores gloriosæ recolentes Virginis, Dòminum pro nobis passum, Venite, adoremus. Psalm. Venite, exultemus. 1.

## Hymnus.

**S**ancta Mater istud agas,  
Crucifixi fuge plagas  
Cordi meo valide.

Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Pœnas mecum divide.

Fac me verè tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego vixerò.

Juxta Crucem tecum stare,  
Te libenter sociare  
In planctu desidero. Amen.

## In primo Nocturno, Antiphona.

Astiterunt reges terræ, & principes convenèrunt in unum adversus Dòminum, & adversus Christum ejus.

## Psalmus 2.

**Q**uare fremuerunt Gentes, & pòpuli meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes convenèrunt in unum \* adversus Dòminum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eòrum: \* & projiciamus à nobis jugum ipsòrum. Qui habitat in cœlis irridèbit eos: \* & Dòminus subsannabit eos.

Tunc loquètur ad eos in ira sua, \* & in furóre suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, \* prædicans præceptum ejus.

Dòminus dixit ad me: \* Filius meus es tu, ego hodiè genui te. Pòstula à me, & dabo tibi Gentes hæ-

hæ-



hereditatem tuam, \* & possessionem tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea, \* & tanquam vas figuli confringis eos.

Et nunc reges intelligite: \* erudimini qui iudicatis terram.

Servite Dómino in timóre: \* & exultate ei cum tremóre.

Apprehédite disciplinam nequando irascátur Dóminus, \* & pereratis de via iusta.

Cum exáserit in brevi ira ejus, \* beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Astiterunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Antiphona. Voce meá ad Dóminum clamávi, & exaudivit me de monte sancto suo.

Psalmus 3.

Dómine quid multiplicati sunt qui tribulant me? \* multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt anime meae: \* Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Dómine susceptor meus es, \* glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meá ad Dóminum clamávi, \* & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: \* & exurrexi, quia Dóminus suscipit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me: \* exúrge Dómine, saluum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: \* dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus: \* & super pópulum tuum benedictio tua.

Antiphona. Voce meá ad Dóminum clamávi, & exaudivit me de monte sancto suo.

Antiphona. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in médio ventris mei.

Psalmus 12.

Usquequod Dómine oblivisceris me in finem? \* Usquequod avertis faciem tuam a me?

Quándid ponam consilia in anima mea, \* dolórem in corde meo per diem?

Usquequod exaltabitur inimicus meus super me? \* respice, & exaudi me Dómine Deus meus.

Illúmina oculos meos ne unquam obdormiam in morte: \* ne quando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.

Qui tribulant me, exultábunt si motus fuero: \* ego autem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo: cantábo Dómino qui bona tribuit mihi: \* & psallam nómini Dómini altissimi.

Antiphona. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in médio ventris mei. \* Pósuit me desolátam. R. Totá die moróre confectam. Pater noster. Absolutio. Exaudi Dómine. V. Jube domne. Benedictio. Benedictione perpetua.

De Isaia Propheta.

Lectio j.

Cap. 53.

Quis crederit auditui nostro? & bráchium Dómini cui revelátum est? Et ascéndet sicut virgúltum coram eo, & sicut radix de terra sitiénti: non est species ei, neque decor: & ydium eius, & non erat aspéctus, & desiderávimus eum: Despéctum, & novissimum virórum, virum dolórum, & sciéntem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus & despéctus, undé nec reputávimus eum. Veré languóres nostros ipse tulit, & dolóres nostros ipse portávit: & nos putávimus eum quasi leprósum, & percússum a Deo & humiliátum. Ipse autem vulnerátus est propter ini-

Lectio iii.

quitates nostras, attritus est propter scélera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanati sumus.

quitates nostras, attritus est propter scélera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livóre ejus sanati sumus.

R. Diléctus meus cándidus, & rubicundus, & totus desiderábilis: \* Omnis enim figura ejus amórem spirat, & ad redamándum próvocat, pectus apértum. V. Piis, ó Virgo, spectas eum óculis, contémpans in eo non tam vulnérum livórem, quam mundi salútem. Omnis enim. Benedictio. Unigénitus Dei Filius.

Lectio ij.

Omnes nos quasi oves errávimus, unusquisque in viam suam declinávit: & pósuit Dóminus in eo iniquitatem ómnium nostrúm. Oblátus est quia ipse voluit, & non apéruit os suum: sicut ovis ad occisiónem ducétur, & quasi agnus coram tondénte se obmutescet, & non apériet os suum. De angústia, & de iudicio sublátus est: generatióem ejus quis enarrábit? quia abscissus est de terra vivéntium: propter scelus pópuli mei percússi eum. Et dabit impios pro sepultúra, & divitem pro morte sua: eo quod iniquitatem non fécit, neque dolus fuerit in ore ejus.

R. Manus ejus tornátiles, clavórum cúspide tebrébrata. \* Humána salútis prætio quasi hyacinthis refértæ.

V. Córnu in manibus ejus: ibi abscondita est fortitúdo ejus; sunt enim manus ejus. Humána. Benedictio. Spiritus sancti grátia.

Lectio iii.

Et Dóminus voluit contérrere eum in infirmitate: si póserit pro peccáto animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Dómini in manu eius dirigétur. Pro eo quod laborávit anima ejus, videbit & saturábitur: in sciéntia sua justificábit ipse justus servus meus mul-

tos, & iniquitates eórum ipse portábit. Ideo despértiam ei plurimos: & fortium dividet spólia, pro eo quod trádidit in mortem animam suam, & cum scelerátis reputátus est: & ipse peccáta multórum tulit, & pro transgressóribus rogávit.

R. Diligebat Jesus Joánnem, quóniam speciális prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: \* Quia virgo electus ab ipso, virgo in ævum permánsit. V. In cruce dénique moritúrus huic matrem virgínem virgini commendávit. Quia virgo. Glória Patri. Quia virgo.

In secundo Nocturno, Antiphona.

Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando moriétur, & peribit nomen ejus?

Psalmus 40.

Beátus qui intelligit super ege-num, & páuperem: \* in die malá liberábit eum Dóminus.

Dóminus conservet eum, & vivíficet eum, & beátum faciát eum in terra: \* & non tradat eum in animam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus: \* univérsum stratum ejus versati in infirmitate ejus.

Ego dixi: Dómine miserere mei: \* sana animam meam, quia peccávi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: \* Quando moriétur, & peribit nomen ejus?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, \* cor ejus congregávit iniquitatem sibi.

Egrediebátur foras, \* & loquebátur in idípsum.

Adversum me susurrábant omnes inimici mei: \* adversum me cogitábant mala mihi.

Verbum iniquum constituérunt adversum me: \* Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat?

Etenim homo pacis meae, in quo spe-



spéravi: \* qui edébat panes meos, magnificávit super me supplantatióem.

Tu autem Dómine miserere mei, & resúscita me: \* & retribuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluisti me: \* quóniam non gaudébit inimicus meus super me.

Me autem propter innocéntiam suscepisti: \* & confirmásti me in conspéctu tuo in ætérnum.

Benedictus Dóminus Deus Israël à seculo, & usque in sæculum: \* fiat, fiat.

Antiphona. Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando moriétur, & peribit nomen ejus?

Antiphona. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuisti lácrimas meas in conspéctu tuo.

Psalmus 55.

**M**iserere mei Deus, quóniam conculcávit me homo: \* tota die impugnans tribulávit me.

Conculcáverunt me inimici mei totá die: \* quóniam multi bellántes advérsum me.

Ab altitúdine diéi timébo: \* ego veró in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi, \* non timébo quid faciát mihi caro.

Totá die verba mea exacerbántur: \* advérsum me omnes cogitatióes eórum, in malum.

Inhabitábunt & abscondent: \* ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinérunt ánimam meam, pro nihilo salvos facies illos: \* in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi: \* posuisti lácrimas meas in conspéctu tuo.

Sicut & in promissióne tua: \* tunc converténtur inimici mei retróversum.

In quacúmque die invocávero te: \* ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem: \* in Deo sperávi, non timébo quid faciát mihi homo.

In me sunt Deus vota tua, \* quæ reddam, laudatiónes tibi.

Quóniam eripuisti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu: \* ut placeám coram Deo in lúmine vivéntium.

Antiphona. Deus, vitam meam annuntiávi tibi: posuisti lácrimas meas in conspéctu tuo.

Antiphona. Fílii hóminum dentes eórum arma & sagittæ: & lingua eórum gladius acútus.

Psalmus 56.

**M**iserere mei Deus, miserere mei: \* quóniam in te confidit ánimá mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, \* donec transeat iniquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum: \* Deum qui benefecit mihi.

Misit de celo, & liberávit me: \* dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericórdiam suam, & veritatem suam: \* & eripuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormitábatur.

Fílii hóminum dentes eórum arma & sagittæ: \* & lingua eórum gladius acútus.

Exaltáre super cælos Deus: \* & in omnem terram glória tua.

Láqueum paráverunt pédibus meis: \* & incurváverunt ánimam meam.

Foderunt ante faciem meam fóveam: \* & incidérunt in eam.

Parátum cor meum Deus, parátum cor meum: \* cantábo, & psalmum dicam.

Exúrge glória mea, exúrge psalteryum & cithara: \* exúrgam dilúculo.

Confitebor tibi in pópulis Dómine: \* & psalmum dicam tibi in géntibus:

Quó-

Quóniam magnificáta est usque ad cælos misericórdia tua, \* & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos Deus: \* & super omnem terram glória tua.

Antiphona. Fílii hóminum dentes eórum arma & sagittæ: & lingua eórum gladius acútus. *V.* Fácies mea intumuit à fletu. *R.* Et palpebræ meæ caligáverunt. Pater noster. *Absolutio.* Ipsius pietas. *V.* Jube domne. *Benedictio.* Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Bernardi Abbátis.

Ex *Sermone de 12. Stellis.*

LECTIO IV.

**M**artyrium Virginis tam in Siméonis propheta, quam in ipsa Dóminicæ passiónis história commendátur. Pósitus est hic (ait sanctus senex de púero Jesu) in signum cui contradicétur; & tuam ipsius ánimam (ad Mariam autem dicébat) pertransibit gladius. Veré tuam, ó beáta Mater, ánimam pertransivit: alióquin non nisi eam pertransiéns, carnem filii tui penetráret. Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Jesus, ipsius plané non áttigit ánimam crudélis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utique ánimam pertransivit. Ipsius nimirum ánimá jam tibi non erat, sed tua plané indè nequibat avélli.

*R.* Tenebræ factæ sunt cum crucifixissent Jesum Judæi, & circa horam nonam exclamávit Jesus voce magná: Deus meus, ut quid dereliquisti me? \* Et inclinató capite emisit spiritum. *V.* Quis tibi nunc sensus, dum cernis tália, Virgo? Et inclinató capite. *Benedictio.* Christus perpétua.

LECTIO V.

**T**uam ergo pertransivit ánimam vis doloris, ut plusquam mártirem non immérito prædicemus,

in qua nimirum corpórea sensum passiónis excésserit compassiões affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille, revérá pertransiéns ánimam? & pertingens usque ad divisióem animæ & spiritus? Mulier, ecce filius tuus? O commutatióem! Jóannes tibi pro Jesu tráditur, servus pro Dómino, discipulus pro Magistro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quómmodo non tuam affectuosíssimam ánimam pertransiret hæc auditio, quando & nostra licet sáxia, licet færræ pectora, sola recordatio scindit?

*R.* Passio Dómini, \* Ipsam ejus matrem, carnáli orbítate graviter percussam, vehementissimè contristávit. *V.* Ferrum lanceæ militáris, latus quidem Salvatoris, ánimam veró transivit Virginis matris. Ipsam ejus matrem. *Benedictio.* Ignem sui amoris.

LECTIO VI.

**N**on mirémini, fratres, quòd Maria martyr in ánimá fuisse dicátur. Mirétur qui non meminere se audivisse Paulum inter máximá Géntium crimina memorántem, quòd sinè affectióne fuissent. Longè id fuit à Mariæ viscéribus, longè sit à sérvulis ejus. Sed fortè quis dicat: Numquid non eum præcierat moritúrum? Et indubitánter. Numquid non sperábat continuo resurrectúrum? Et fidéliter. Super hæc dóluit crucifixum? Et veheménter. Alióquin quisnam tu frater, aut undè tibi hæc sapientia, ut miréris plus Mariam patientem, quam Mariæ Filium patientem? Ille etiam mori corpore pótuit, ista commóri corde non pótuit? Fecit illud charítas, quá majórem nemo hábit: fecit & hoc charítas, cui post illam similis áltera non fuit.

R.



**R.** Quis mihi det te fratrem meum  
signentem ūbera matris mee, & in-  
herendo lateri tuo, ut sanguis tuus  
sanguinem meum tangat, & tergat:  
• Ut fons aque tue de scaturigine  
recti cordis, per venas boni operis  
in finem æternæ felicitatis exiliat?  
• Filii tui de longè venient, & fi-  
liæ tue de latere surgent. Ut fons.  
Glória Patri. Ut fons.

In tertio Nocturno, Antiphona.  
Intendérunt arcum rem amaram, ut  
sagittent in occultis immaculatum.

## Psalmus 63.

**E**Xaudi Deus orationem meam  
cum deprecor: \* a timore inimi-  
ci eripe animam meam.  
Protexisti me a convéntu malignan-  
tium: \* a multitudine operantium  
iniquitatem.

Quia exacererunt ut gladium lin-  
guas suas: \* intendérunt arcum rem  
amaram, ut sagittent in occultis im-  
maculatum.

Subito sagittabunt eum, & non  
timébunt: \* firmaverunt sibi sermō-  
nem nequam.

Narraverunt ut abscederent la-  
queos: \* dixerunt: Quis videbit eos?  
Scrutati sunt iniquitates: \* defecé-  
runt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum: \* &  
exaltabitur Deus.

Sagittæ parvulorum factæ sunt  
plagæ eorum: \* & infirmata sunt  
contra eos lingue eorum.

Conturbati sunt omnes qui vidé-  
bant eos: \* & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt ópera Dei: \*  
& facta ejus intellexerunt.

Laetabitur justus in Dómine, &  
sperabit in eo: \* & laudabuntur om-  
nes recti corde.

Antiphona. Intendérunt arcum rem  
amaram, ut sagittent in occultis  
immaculatum.

Antiphona. Factus sum sicut ho-  
mo sine adjutorio, inter mortuos  
liber.

## Psalmus 87.

**D**omine Deus salutis meæ: \*  
in die clamavi, & nocte co-  
ram te.

Intret in conspectu tuo oratio  
mea: \* inclina aurem tuam ad pre-  
eum meam:

Quia repléta est malis anima  
mea: \* & vita mea inferno appro-  
pinquavit.

Astimatus sum cum descendén-  
tibus in lacum: \* factus sum sicut  
homo sine adjutorio, inter mor-  
tuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in se-  
púlchris, quorum non es memor  
amplius: \* & ipsi de manu tua re-  
pulsus sunt.

Posuerunt me in lacu inferio-  
ri: \* in tenebrósibus, & in umbra  
mortis.

Super me confirmatus est furor  
tuus: \* & omnes fluctus tuos indu-  
xisti super me.

Longè fecisti notos meos a me: \*  
posuerunt me abominationem sibi.

Tráditus sum, & non egredi-  
bar: \* oculi mei languerunt præ  
inópia.

Clamavi ad te Dómine totá die: \*  
expánda ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabi-  
lia: \* aut medicis suscitabunt, &  
consitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in se-  
púlchro misericórdiam tuam, \* &  
veritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscéntur in téné-  
bris mirabilia tua: \* & justitia tua  
in terra oblivionis?

Et ego ad te Dómine clamavi: \*  
& mané oratio mea preveniet te.  
Ut quid Dómine repellis oratio-  
nem meam: \* avertis faciem tuam  
a me?

Pau-

Pauper sum ego, & in labóri-  
bus a juventute mea: \* exaltatus au-  
tem, humiliatus sum & conturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: \* &  
terrores tui conturbaverunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua  
totá die: \* circumdedérunt me  
simul.

Elongasti a me amicum, & próxi-  
mum: \* & notos meos a miseria.

Antiphona. Factus sum sicut ho-  
mo sine adjutorio, inter mortuos  
liber.

Antiphona. Replévit me amaritú-  
dine, inebriavit me absinthio.

## Psalmus 108.

**D**eus laudem meam ne taceris: \*  
quia os peccatoris, & os do-  
losi super me apertum est.

Locuti sunt adversum me lingua  
dolosá, & sermonibus ódii circum-  
dedérunt me: \* & expugnaverunt me  
gratis.

Pro eo ut me diligenter, detrahé-  
bant mihi: \* ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me mala  
pro bonis: \* & ódium pro dilectio-  
ne mea.

Constitu super eum peccatorum: \*  
& diabolus stet a dextris ejus.

Cum judicatur, exeat condem-  
natus: \* & oratio ejus fiat in pec-  
catum.

Fiant dies ejus pauci: \* & episco-  
pátum ejus accipiat alter.

Fiant filii ejus órphani: \* & uxor  
ejus vidua.

Nutantes transferantur filii ejus,  
& mendicent: \* & ejiciantur de ha-  
bitationibus suis.

Scrutetur fœneratur omnem substán-  
tiam ejus: \* & diripiant alieni  
labores ejus.

Non sit illi adjutor: \* nec sit qui  
misereatur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in interitum: \* in  
generatione una deleatur nomen  
ejus.

In memoriám rédeat iniquitas pa-  
trum ejus in conspectu Dómini: \* &  
peccatum matris ejus non deleatur.  
Fiant contra Dóminum semper,  
& dispereat de terra memoria eó-  
rum: \* pro eo quòd non est recor-  
datus facere misericórdiam.

Et persecutus est hóminem ino-  
pem, & mendicum, \* & compunc-  
tum corde mortificare.

Et diléxit maledictionem, & vé-  
niet ei: \* & nóluit benedictionem,  
& elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut  
vestimentum, \* & intravit sicut  
aqua in interiora ejus, & sicut  
óleum in ossibus ejus.

Fiat ei sicut vestimentum, qui  
operitur: \* & sicut zona, quæ sei-  
per præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detrahunt  
mihi apud Dóminum: \* & qui  
loquuntur mala adversus animam  
meam.

Et tu Dómine, Dómine, fac me-  
cum propter nomen tuum: \* quia  
suavis est misericórdia tua.

Libera me, quia egens, & pau-  
per ego sum: \* & cor meum con-  
turbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat, ablat-  
us sum: \* & excussus sum sicut  
locustæ.

Génua mea infirmata sunt a jejú-  
nio: \* & caro mea immutata est  
propter óleum.

Et ego factus sum opprobrium  
illis: \* viderunt me, & moverunt  
cápita sua.

Adjuva me Dómine Deus meus: \*  
salvum me fac secundum miseri-  
córdiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc: \*  
& tu Dómine fecisti eam.

Maledicent illi, & tu benedices: \*  
qui insurgunt in me, confundan-  
tur: servus autem tuus lætabitur.

Induántur qui detrahunt mihi,  
pu-



plodere: • & operiantur sicut diluioe confusione sua.

Confitebor Domino nimis in ore meo: • & in medio multorum laudabo eum.

Quia astitit à dextris pauperibus, • ut salvam faceret à persecutibus animam meam.

**Antiphona.** Replevit me amaritudine, inebriavit me absinthio. **V.** Deus vitam meam annuntiavi tibi. **R.** Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

**Lectio vij.** *Cap. 19. c.*  
In illo tempore: Stabant juxta Crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus, Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

**H.** Ecce nimirum est illa hora, de qua Jesus aquam conversurus in vinum, dixerat matri: Quid mihi & tibi est, mulier? Nondum venit hora mea. Hanc itaque horam praedixerat, quae tunc nondum venerat, in qua debet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus non divinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellat. Nunc autem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: moralis igitur insinuat locus. Facit quod faciendum admo-net, & exemplo suo suos ministros instruit praecceptor bonus, ut à filiis piis impendatur cura parvulis: tanquam lignum illud, ubi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuerit Magistri docentis.

**R.** Doleo super te, fili mi Jesu, de corus nimis, & amabilis super amorem mulierum: • Sicut enim mater unicum diligit filium, ita ego te diligebam. **V.** Defecit in dolore

vita mea, & anni mei in gemitibus. Sicut enim.

**Lectio viij.**  
**E**X hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod docebat, quando dicebat: Si quis autem suis, & maxime domesticis non providet, fidem negavit, & est infidelis deterior. Quid autem tam cuique domesticum, quam parentes filius, aut parentibus filii? Hujus itaque saluberrimi praecipi ipse magister Sanctorum de seipso constituabat exemplum, quando non ut famulae Deus, quam creaverat, & regerat, sed ut matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat.

**R.** Eja Mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, ut tecum lugeamus: • Et Dominicae passionis fructum sentiamus. **V.** Et sicut Filius tuus Jesus pro nobis mortuus est, & resurrexit, ita & nos mortui cum eodem resurgamus. Et. Gloriam Patri. Et. **Benedictio.** Per Evangelicam lectio.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

**Lectio ix.** *Cap. 11. f.*  
In illo tempore: Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium adversus Jesum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

**P.** Ontifices & Pharisei sibi consulebant: nec tamen dicebant: Credamus. Plus enim perdidit homines cogitabant, quomodo nocerent ut perderent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant. Dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & Gentem. Temporalia perdere timebant, & vitam aeternam non cogitaverunt, ac si utrumque amiserunt.

Te Deum laudamus. 13.

A. D. L. A. U. D. E. S.

& per Horas Antiphona.

**V.** Adam ad montem myrrhae, & ad collem thuris. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica, 14. Antiphona.

Dilectus meus candidus, & rubicundus, comae capitis ejus sicut purpura regis vincta canalibus.

**Añsa.** Quo abiit dilectus tuus, & pulcherrima mulierum? quod dilectus tuus declinavit? **Antiphona.** Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. **Antiphona.** Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo.

**Capitulum.** *Isaie 53.*

**Q**uis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti.

**Hymnus.**

**V**irgo Virginum praeclara, Mihi jam non sis amara,

Fac me tecum plangere.

Fac ut portem Christi mortem,

Passionis ejus sortem,

Et plagas recolare.

Fac me plagis vulnerari,

Cruce hac inebriari,

Ob amorem Filii.

Inflammatum, & accensum,

Per te Virgo sim defensum

In die Judicii.

Fac me cruce custodiri,

Morte Christi praemuniri,

Confoveri gratia.

Quando corpus morietur,

Per te *Henricus.*

Fac ut anima donetur Paradisi gloria.

Amen.

**V.** Ora pro nobis Virgo dolorosissima. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Cum videret Jesus matrem stantem juxta crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suae: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

**Oratio.**

**D**eus, in cuius passione secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosae virginis & matris Mariae doloris gladius pertransiit: concede propitius; ut qui transfignationem ejus & passionem venerandum recolimus, gloriosis meritis & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuae effectum felicem consequamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus.

**Et sic Commemoratio Feriae, Antiphona.** Appropinquabat autem dies festus Judaeorum: & quaerabant principes sacerdotum quomodo Jesum interficerent; sed timebant plebem. **V.** Eripe me de inimicis meis Deus meus. **R.** Et ab insurgentibus in me libera me.

**Oratio.**

**C**ordibus nostris, quae sumus Domine, gratiam tuam benignus infunde: ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quam supplicibus deputemur aeternis. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

**Ad Primam, Antiphona.**

Vadam ad montem.

**R.** breve, Christe Fili Dei vivi,

**V.** Miserere nobis. Christe. **V.** Qui

Ps.



passus es pro homine. Miserere nobis. Glória Patri. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. **V.** Exurge Christe, adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum.

Ad Tertiam, Antiphona. Diléctus meus. Capitulum. Quis crédidit, ut supra. 721.

**R.** br. Pósuit me \* Desolatam. Pósuit me. **V.** Totá die moróre confictam. Desolatam, Glória Patri. Pósuit me. **V.** Fácies mea intúmuit à fletu. **R.** Et pálpebræ meæ calligaverunt.

Ad Sextam, Antiphona.

Quò ábit.

Capitulum. *Isaie 53. b*  
**I**ste vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus.

**R.** br. Fácies mea \* Intúmuit à fletu. Fácies mea. **V.** Et pálpebræ meæ calligaverunt. Intúmuit. Glória Patri. Fácies mea. **V.** Deus vitam meam annuntiávi tibi. **R.** Posuisti lácrymas meas in conspéctu tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Fulcite me floribus.

Capitulum. *Isaie 53. c*  
**G**enerationem ejus qui enarrabit quia abscessus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussit eum.

**R.** br. Deus vitam meam \* Annuntiávi tibi. Deus vitam meam. **V.** Posuisti lácrymas meas in conspéctu tuo. Annuntiávi. Glória Patri. Deus vitam meam. **V.** Ora pro nobis Virgo dolorosissima. **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In secundis Vesperis omnia ut in primis. 712.

Ad Magnificat, Antiphona. Cum vidisset Jesus matrem stantem

juxta crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

Et fit Commemoratio Feriæ. Antiphona. Principes sacerdotum consilium fecerunt ut Jesum occiderent: dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. **V.** Eripe me Dómine ab homine malo. **R.** A viro iniquo eripe me.

Oratio.

**C**oncède, quæsumus omnipotens Deus; ut qui protectionis tuæ grátiam quærimus, liberáti à malis omnibus, securi tibi mente serviámus. Per Dóminum.

## FESTA APRILIS. DIE II. APRILIS.

In Festo Sancti Francisci de Paula Confessoris. Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis, *lxxij.* præter sequentia.

Oratio.

**D**eus humilium celsitudo, qui beatum Franciscum Confessorem Sanctorum tuorum gloriam sublimasti: tribue quæsumus; ut ejus méritis & imitatione, promissa humilium præmia feliciter consequamur. Per Dóminum.

In Quadragesima Comm. Feriæ. In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente, si celebretur post Pascha.

Si vero in Quadragesima, Lectiones de libro Ecclesiastici Beatus vir, qui inventus est sine macula, de Comuni Confessoris non Pontificis. *lxxxj.*

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

**F**ranciscus Paulæ, quod est Calabriæ oppidum, loco humi-

si natus est: quem parentes, cum diu prole caruissent, voto facto, beati Francisci precibus suscepérunt. Is adolescens divino ardore succensus, in erémum secéssit, ubi annis sex, victu ásperam, sed meditationibus cœlestibus suavem vitam duxit. Sed cum virtutum ejus fama longius manáret, multique ad eum pietatis studio concurrerent fratérnae charitatis causá è solitudine egressus, Ecclesiám prope Paulam ædificávit, ibique prima sui Ordinis fundamenta jecit.

**R.** Honéstum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: \* Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

LECTIO V.

**E**Rat in eo mirífica loquéndi grátia: perpétuam virginitátem servávit: humilitátem sic cóluit, ut se omnium mínimum diceret, suosque alúmnos Mínimos appellari voluerit. Rudi amictu, nudis pedibus incédens, humi cubábat. Cibi abstinentiá fuit admirábilis: semel in die post solis occásum reficébatur, & ad panem, & aquæ potum, vix áliquid ejúsmodi obsónii adhibébat, quo vesci in Quadragesima licet; quam consuetudinem, ut Fratres sui toto anni tempore retinérent, quarto eos voto adstrinxit.

**R.** Amávit eum Dóminus, & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, \* Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornávit eum. Et ad.

LECTIO VI.

**M**ultis miraculis servi sui sanctitátem Deus testári voluit, quorum illud in primis célebre, quod à nautis rejéctus, Siciliæ fre-

tum strato super fluctibus pállio cum sócio transmísit. Multa etiam futúra prophético spiritu prædixit. A Ludovico Undécimo Francórum rege expetitus, magnóque in honóre est hábitus. Dénique annum primum & nonagésimum agens, Turonis migrávit ad Dóminum, anno salútis millésimo quingentesimo séptimo: cujus corpus, dies undecim insepultum, itá incorruptum permansit, ut suavem etiam odórem efflaret. Eum Leo Papa Décimus in Sanctórum número rétulit.

**R.** Iste homo perfécit omnia quæ locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam. \* Quia te vidi justum coram me ex omnibus géntibus. **V.** Iste est qui contémpsit vitam mundi, & pervénit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangélii secundum Lucam.

LECTIO VII. *Cap. 12. d*

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

*Lib. 4. cap. 54. in Luc. 12.*

**P**usillum gregem electórum, vel ob comparationem majóris numeri reproborum, vel potius ob humilitátis devotíonem nóminat: quia videlicet Ecclesiám suam quantalibet numerositáte jam dilatáram, tamen usque ad finem mundi humilitáte regni crescere, & ad promissum regnum humilitáte pervenire. Ideoque ejus labóres blandè consolatus, quam regnum Dei tantum querere præcipit, eidem regnum à Patre dandum complacítáte benignitáte promittit.